



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 4. Et cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi. v. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

pijs damne in tuo iudicio , sed sim in omnibus fidelis sermus.

§. 4. Et cum esset Bethania in domo Simonis leprosi . v. 3.

Describitur h. c locus, vbi fuerit Iesus , quando concilium fecerunt Iudei de illo capiendo; scilicet in Bethania , quæ erat vicus non longe distans ab Hierusalem, pertinens ad Matthanam sororem Lazari & Magdalenam, & Latinè sonat domus obedientiæ. neque solum castellum totum, sed & partem eius insinuat, nempe in qua domo fuerat, quam ait fuisse. Simonis leprosi , quæ omnia nobis aliquid pium & ad mores pertinens indicant, nempe passorum esse Dominum pro liberandis peccatoribus ex Peccatis suis obedientia. nec vacat mysterio quod in eandem domum leprosi nuper, nunc vero sanati, adueniat Maria soror Lazari, quia hoc ipso magnificè indicatur quis futurus post passionem Domini Ecclesiæ suæ status conuenientibus in eam peccatoribus iam mundatis, conuersis, iustificatis.

D Omine obsecro inueniaris quoque in domo mea licet leprosi & magnipeccatoris ut cures me ab omni lepra animæ, & conviueris mecum per eucharisticum convivium, sed & inueni ego semper in Ecclesia tua sancta, Amen.

§. 5. Et recumbet . v. 3.

Olim erat mos sediorum recumbere ad mensam, quem modum set-
tuauit Christus etiam suo tempore, nolens eum mutare , quia erat indifferens, sed acceptus à populi & patriæ usu; id est seruauit & eundem mo-
dum recumbendi ad mensam ne videretur singularis ; nos docendo, si
quem morem vel modum inuenimus qui sic indifferens, nec vel contra Dei
mandatum, aut mores bonos & honestatem, relinquentur, nec facile mu-
tantur, ob singularitatem quæ parit apud populum inuidiam, naulem
& obloctionem : è contra vero, si quem videmus morem minus hone-
stem , vel contra Dei consilium vel præceptum , eum velis remisque con-
currem disuadere, diuertere & abolere, maxime hi qui in officio & potestate
constitutisunt.

I Ta Domine faciam, ut si quid in honestum, illaudabile, vitiosumque vi-
dero aut scierto, idem ipsum coreremendare, & corrigerem, omni stu-
dio, donec perfectius quid largiaris mihi Deus.

§. 6. Venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi pistici pretiosi . v. 3.

Desribit Euangelista quid factum sit in Bethania in domo Simonis & in accubitu: quod scilicet venerit eodem mulier, quæ & qualis non no-
minat, sed ostendit solum vel penitentiam eius & conuersionem, vel certe